



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S V M M A R I V M:

1. *A quo Iudice puniantur Iudei, ac Saraceni.*
2. *Qua poena plectantur Christiani, qui cum iudeis habitant.*
3. *Quam poenam incurvant Christiane nutrices, quæ Iudeorum filios lactare presumunt.*
4. *Quia poena plectendi sunt Iudei, qui cum muliere Christiana copulam habent.*
5. *Quid si Christianus cognoverit Iudeam, vel Saracenam:*
6. *Qua poena puniantur Christians, qui capti à Saracenis, vel Iudeis Christianam fidem abnegarunt.*

C A P. XII.

De Iudeis, ac Saracenis.

3. *Vdæi, ac Saraceni seculari Indici sub sunt in delictis secularibus, & in causis, quæ inter personas seculares sunt mixti fori, locus est præventioni cap. postulasti de Iudeis l. Iudeis C. cod. tit: Io: Franc. Leo in Thes. for. eccl. par. q. cap. 4. num. 12. Ricc. in collect. decisi. 434 par. 2. Vnu. relatus in Syntag. opin. comm. tom. 1. tit. 30. de Iudeis cap. 8. vers. Iudeos: sed in delictis 4 merè ecclesiasticis iudici ecclesia stico subjiciuntur, ut in cap. etsi de Iudeis & Sarac. Vnde si quid in contemptum Christianæ religionis committant, aut hæreticas propositiones contra nostrā fidem proferant, vel si negent ea,*

qua habent communia circa fidem cum christianis, poena extraordinaria, videlicet pecunia, carcerum, verberum, tritemium, vel alia arbitrio inquisitorum puniuntur pro qualitate delicti, ac tradi etiam possunt curie seculari ultimo supplicio punienti ex constitutione Greg. XIII. quæ resert. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 2. & notat etiam Ricc. loco cit. Barbos. in c. ad hæc num. 3. de Iudeis & Saracen. vbi etiam dicit, quod Iudeus retinens nutrices christianas eorumdem inquisitorum iudicio subfunt.

Christianii vero, qui cum Iudeis habitant, excommunicandi sunt cap. Iudei 2. de Iudeis & Sarac. nisi à Christians huiusmodi in fideles detineantur tamquam servi: seruiliis enim conditio excludit presumptionem subuersiōnis, ut dicunt Doctores apud Barbos: in d. cap. Iudei num. 2. Clericus vero deponitur e. nullus 28. q. 1. eam demque poenam subeunt laici, & clerici, qui Iudeorum azima comedunt ex d. cap. nullus Christians etiam nutrices, quæ eorum filios lactare presumunt, excommunicari debent cap. etsi Iudeos eod. tit. conuiua quoque cum Iudeis interdicta sunt ex cap. omnes 28. q. 1.

Quæres, qua poena plecti debent Hæbrei, qui cum muliere Christiana copulam habent? Resp. quod si cum Christiana simplicē fornicationem committant, pecuniaria poena puniuntur secundū magis communem opinionem; si vero adulteriū, vel aliud grauius cri-